

*torius Tiberii egit Mo. mon. Ancyr. p. 14 seq. — 3) De ludis a. 747 pro reditu Augusti editis cf. Dio 53, 8. — 4) Erasa sunt verba cum Cn. Calpurnio Pisone conlega, anno scilicet p. C. 20, cum Piso apud senatum accusatus mortem sibi conscivisset (cf. Tac. a. 3, 47). Huius fortasse Pisonis nomen erasum est etiam in actis fratrum Arvalium a. 14, VI 2023 a v. 21, cf. Civiltà cattolica 1888 vol. 10 p. 212 seq. — In latere basis relictus erat numerus saxo inscriptus antequam in basin verteteretur LCCXLVI.*

**96** imp. Caesari Augusto divi f. | pontifici max., trib. potest. XIX<sup>1</sup>, |  
cos. XI, patri patriae<sup>2</sup>, d. d.

*Urgavone (hodie Arjona) prov. Baeticae (II 2407). — 1) A. 748/9. — 2) Patris patriae appellationem admisit Augustus a senatu populoque Romano ita appellatus in tertio decimo consulatu, id est a. 732 (mon. Anc. 6, 24; Dio 53, 40), d. 5 Febr. (fast. Praen., cf. C. I. p. 386), attamen etiam antea saepe eum ita vocatum esse ait Dio (l. c.) et confirmant tituli.*

**97** imp. Caesar divi f. Aug. cos. XII<sup>1</sup>, tr. pot. XVIII, pontifex  
maximus, ex reditu Dianae fanum et Augusteum muro muniendum | curavit.  
[C.] Asini[o] Gallo procos.<sup>2</sup>, curatore Sex. Lartidio | leg. | *Ἀντοχράτωρ*  
*Καίσαρ Θεοῦ υἱὸς Σεβαστὸς ὑπάτος τὸ ἰβ', δημοκριτικῆς ἐξουσίας τὸ*  
*ἠ'* |, ἐκ τῶν ἱερῶν τῆς Θεοῦ προσόδων τὸν νεὼ καὶ τὸ Σεβαστηῶν

*τιχισθῆναι προνοήθη, | !!!*<sup>2</sup> ἐπιμελήθη  
*Σέξτου Λαοτιδίου πρεσβευτοῦ.*  
*Ephesi rep., nunc Berolini (alter lapis cum eadem inscriptione nunc est Londinii) (III suppl. 7148). — 1) A. 749. — 2) Erasum nomen C. Asinii Galli proconsulis (sed in parte Latina adhuc legitur); factum id anno p. Chr. 30, quo ille a senatu damnatus est (Dio 58, 3; Tac. a. 6, 23).*

**98** Imp. Caesar divi Iuli f. Augustus  
pontifex maximus cos. XII  
tribunic. potestat. XIX<sup>1</sup> imp. XIII  
rivos aquarum omnium refecit

Imp. Caes. M. Aurelius Antoninus Pius felix Aug. Parth. max.  
Brit. maximus<sup>2</sup> pontifex maximus  
aquam Marciam variis casibus impeditam, purgato fonte, excisis et perforatis  
montibus, restituta forma, adquisito etiam fonte novo Antoniniano,  
in sacram urbem suam perducendam curavit

Imp. Titus Caesar divi f. Vespasianus Aug. pontif. max.  
tribuniciae potestat. IX imp. XV cens. cos. VII desig. III<sup>3</sup> p. p.  
rivotom aquae Marciae vetustate dilapsam refecit  
et aquam quae in usu esse desiderat reduxit

*Romae in arcu aquae Marciae, supra viam Tiburtinam, quo arcu postea usa sunt, cum moenia Aureliani fierent, ad faciendam portam urbis Tiburtinam, nunc S. Laurentii dictam (VI 1244/6). — 1) A. 749/50. — 2) A. 212 aut 213, cum Geta memoratus non sit, qui occidit a. 212, et desit agnomen Germanici, Caracallae tributum anno 213. — 3) A. 79.*